

dem unus illorum Scis ( inquit ad Christum ) qui sit , San-ctus Dei.

Probatur. Ut enim docet S. Th. 2. 2. q. 81. art. 8. Nomen sanctitatis duo videtur importare. Primo munditiam: unde Sanctum Græce dicitur Agios, hoc est, sine terra. Secundo firmitatem: Unde apud antiquos Sancta dicebantur, quia legibus erant munita, ut violari non deberent. Unde dicitur aliqui esse sanctum, quod lege firmatum. Porro etiam secundum Latinos hoc nomen Sanctus ad munditiam pertinet, ut intelligatur Sanctus, quasi sanguine tinctus, ut quod antiquius illi, qui purificari solent, sanguine hyssopi singebantur, ut Isid. lib. 1. Etymolog. ad lit. Ita D. Th. His omnibus titulis summa Deo convenit Sanctitas. Nam primo est sine terra, quia Spiritus purissimus. Secundo est ipsa lex æterna, quam violare, vel immutare nefas est, sua regula indefectibiliter operans: Et-go &c.

IX. Confirm. Creatura rationalis dicitur bona moraliter, & facta, in quantum accedit ad regulam divinæ bonitatis, & de ea participat unde D. Th. loco laudato docet, quod sanctitas est ea, per quam mens hominis sapiam, & suis actus applicat Deo: & quo magis aliquis se applicat, & conjungit Deo, eo magis participat de sanctitate, sicut quo magis appropinquat Deo, eo magis participat de esse. Ergo sicut Deus est summum esse: ita & summa bonitas, summa, & per essentiam sanctitas, illud enim est summum in quocunque genere ex cuius participatione cetera sunt talia, & per majorem, vel minore accessionem ad ipsum sunt magis, vel minus talia.

X. Ex his omnibus inferitur, Deum (& quidem solum) esse bonum per essentiam, & quomodocumque bonum sumatur, & proinde esse ipsam bonitatem. Bonum ( inquam ) per essentiam, non solum ex parte subjecti, quia bonitas est illi essentialis, & illam habet ex vi sue essentiae, sicut homo ex vi sue essentiae habet rationalitatem; sed etiam bonum per essentiam ex parte prædicatoris, quia habet in se totam plenitudinem bonitatis, sicut habet totam plenitudinem essendi: immo verius, est tota plenitudo bonitatis, sicut est tota plenitudo essendi. Creatura autem, quæcumque illa sit, esto in aliquo sensu dici possit, quod per suam essentiam, id est essentialiter sit bona saltem transcendentaliter, sicut est essentialiter ens; non tamen dici potest bona per essentiam simpliciter, quia bonitas simpliciter talem habet ab existentia, quæ est accidentalis, & extranea essentiae; deinde quia bonitas in creatura reperiens, est bonitas solum participata, nec totam plenitudinem bonitatis in se complectens, sicut nec totam plenitudinem essendi.

XI. Inferitur secundo ex D. Th. hac 1. part. q. 6. art. 4. recte dici posse, quod unumquodque sit bonum bonitate divina, tamquam primo principio exemplari, effectivo, & finali totius bonitatis. Quod probat. Nam a primo per suam essentiam ens & bono unumquodque potest dici bonum, & ens, in quantum participat ipsum per modum cuiusdam assimilationis, licet remote, & efficienter. Subdit tamen. Nihilominus unumquodque dicitur bonum similitudine divine bonitatis sibi inherente, quæ est formaliter sua bonitas denominans ipsum. Et hoc ostendit q. 21. de verit. art. 4. ex eo, quod omne agens invenitur sibi simile agente. Unde si prima bonitas ( divina ) sit effectiva omnium bonorum, oportet, quod similitudinem suam imprimat in rebus effectivis, & sit unumquodque dicitur bonum, sicut forma inherente, & per similitudinem summi boni sibi inditam, & ulterius per bonitatem primam, sicut per exemplar, & effectivum omnis bonitatis creatæ. Et quantum ad hoc opinio Platonicæ ( qui dicebat omnia denominari ab Ideis separatis ) insubstanti potest. Sic ergo dicitur secundum communem opinionem, quod omnia sunt bona bonitate creata formaliter, sicut forma inherente; bonitate vero inæcreata, sicut forma exemplari.

DUBIUM III.

An Deus sit simpliciter in genere ens infinitus.

S. I.

Resolutio Dubium.

I. Quamvis ex dictis hætenus huius dubii resolutio constare possit, eam tamen cum D. Th. 1. part. q. 7. art. 1. tractare, æquum duxi. Recolendum itaque est, quod, cum infinitum sit illud, quod caret terminis, dupliciter aliquid dicitur infinitum. Primo in ratione entis. Secundo in aliquo certo, & determinato genere. Quod est infinitum priori modo, dicitur, & est absolute, & simpliciter infinitum, quia cum genus entis omnia complectatur, debet se carere terminis, ut in nullo genere terminos recognoscat, sed omnia genera supergrediatur. Quod autem est infinitum in aliquo determinato genere, dicitur infinitum cum addito, & secundum quid, quia licet careat terminis illius generis, & omnes illius generis perfectiones contineat, limites tamen absolute habet, quia alia genera non supergreditur, sed est intra terminos sui generis clausum. Sic si daretur albedo infinita, illa in genere albedinis limites quidem non haberet, esset tamen clausa intra genus albedinis, ut nec substantia, nec quantitas, nec ceterorum generum perfectionis in se concluderet. Hoc prælibato.

II. Dico. Deus est simpliciter, & in genere ens infinitus. Adversus hanc veritatem ( quam, teste D. Th. hic, vel ipsi antiqui Philosophi agnovissent, infinitatem primo rerum omnium principio attribuerunt, infinitatem primo rerum omnium principii, ut superius ostensum est ) contendere, ausus est quidam Benedictus Spinosa, patria Amstelodamensis, natus Judæus, postea Judaismi desertor, & specie Christianus, sed

revera nec Judæus, nec Christianus, sed Aethius, quia nulli religioni addictus. Hic medio seculo elapsio, in suo Tractatu Theologicis Politicis, quem Ambergi, impressit anno 1670. ubi impie docet, non curandum esse, quam qui interius religionem tenent, admodum exterius, & superficialiter aliquam, ne regimur subter pelliculam, profiterentur. Loquens de Deo bisphemavit: Eum non esse ens infinitum perfectum, & beatum, sed aliud non esse illum, quam, virtutem naturæ, quæ in omnibus creaturis diffusa est. Quod, quid aliud est, quam Deum, vel profusum tollere, vel coincidere cum errore eorum, qui Deum cogitant, vel esse materiam, vel formam?

III. Probatur ergo nostrum assertum sic. Quod est ipsum esse a se, per essentiam, & per se subsistens, est in genere entis infinitum; sed Deus est ipsum esse &c. ut vidimus; ergo &c. Maj. probatur. Tum quia, quod est ipsum esse per se subsistens, contingit omnem perfectionem essendi, sicut si daretur calor per se subsistens, contineret omnem plenitudinem caloris. Tum quia actus essendi, seu esse, potest limitari, vel a subiecto, quia scilicet recipitur in subiecto finito, vel quia recipit alium ulteriorem actum, vel quia est receptum, aut participatum ab alio, quod vel illi non potuit dare ulteriorem perfectionem, vel non voluit; sed ipsum esse per se, & a se subsistens a nullo ex his potest limitari; ergo &c. Min. probatur, non enim potest limitari a subiecto, quia eo ipso quod est subsistens per se, in subiecto non recipitur: non quia potest recipere ulteriorem actum, quia esse est actus simpliciter ultimus; nec potest limitari a causa efficiente, quia ipsum esse per se essentiam, a se est, & a nullo participatum, aut dependens. Hanc rationem urget S. Thomas: tum hic art. 1. tum in 1. dist. 43. q. 2. art. 1. contra Gentes cap. 43. q. 1. de Potentia art. 2. & alibi passim.

IV. Probatur secundo a posteriori. Virtus divina, quæ est Dei propria, est actus infinitus; ergo essentia, & esse Dei est infinitum. Cum enim unumquodque agat secundum quod actus est, virtus activa non potest esse infinita, nisi agens sit in actu per esse infinitum. Antecedens probatur. Tum quia virtus creativa, quæ est Dei propria, respicit ens, in quantum ens, quod in infinitum abire potest. Tum etiam: nam si tanto major requiritur virtus in agente, quanto minor, & magis remota est potentia a forma, ejusque perceptione, ubi nulla potentia ad formam, vel esse reperitur, virtus infinita erit necessaria; cum ergo creatio nullam supponat potentiam, neque proximam, neque remotam ad esse; sed producat esse profusum ex nihilo, sic consequens, ut virtutem infinitam in creatore supponat. Hac ratione probat D. Th. solius Dei proprium esse creare, 1. part. q. 45. art. 5. ad 3. &c.

V. Dices. Quod ita est hoc, ut non sit illud, est finitum secundum esse, sicut quod ita est hic, ut non sit alibi, est finitum secundum locum; sed Deus ita est hoc, nec tempus, Deus; ut non sit, nec lignum, nec lapis; ergo &c. Respondet D. Th. hic ad tertium, majorem esse veram, quando id, quod est hoc, & non aliud, id habet per esse a se distinctum: secus vero si sit hoc, & non aliud, quia est ipsum esse, sicut est Deus. Quod vero est hic, & non alibi, id necessario habet ex alio a se distincto, & propterea est finitum secundum locum. Sic D. Th. hic ad 3. Distingui potest etiam illa major, quod la est hoc, ut non sit illud, nec formaliter, nec eminenter, conc. maj. ut non sit illud formaliter, sic tamen illud eminenter, nego maj. Deus autem, esto non sit substantia lapidis, aut ligni formaliter, est tamen substantia lapidis, & quæcumque alia res eminenter, ut vidimus; & ideo &c.

S. II.

Resolutio aliquorum.

VI. Ex dictis facile colligitur, nil præter Deum posse esse in essentia infinitum, quidquid enim præter Deum est, creatum est, quidquid creatum est, habet esse receptum, & participatum, sique non est tota plenitudo essendi, sed habet aliquid commercii cum nihilo, a quo emerit, & in quod potest reverti. Quomobrem licet dentur aliqua forma per se subsistentes create, quales sunt Angeli, qui per receptionem in materia non limitantur, & ex hac parte secundum quid infinitæ dici possunt; Quia tamen sic subsistentes habent esse, & non sunt suum esse, necesse est, ut ipsum earum esse sit receptum, & contrarium ad terminatam naturam. Unde non potest esse infinitum simpliciter. Ita D. Th. hac q. 7. art. 2.

VII. Si dicas. Quanto major est virtus agentis, eo perfectiorem effectum potest producere; ergo cum virtus Dei agentis sit infinita, infinitum effectum poterit producere.

VIII. Resp. primo ex D. Th. hac q. 7. art. 2. ad 1. quanto major est virtus agentis, eo perfectiorem effectum potest producere, quantum tamen effectus capax est. Cum autem sit contra rationem facti, quod essentia rei sit ipsum esse ejus, quia esse subsistens non est esse creatum; unde contra rationem facti est, quod sit simpliciter infinitum. Sicut ergo Deus licet habeat potentiam infinitam, non tamen potest facere aliquid non factum, hoc enim esse, contradictoria esse simul: ita non potest facere aliquid infinitum simpliciter. De hoc agit D. Thom. 1. part. q. 25. art. 2. & 3. ubi addit quod ea, quæ contradictoriam implicanc, sub divina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilitatem rationem. Unde convenienter dicitur, quod EA NON POSSUNT FIERI, quam quod Deus NON POSSIT FACERE.

IX. Resp. secundo ex doctrina Sancti Doctoris ibi art. 2. ad 2. antecedens verum esse de causa univoca, quæ totam suam

suam potentiam manifestat in suo effectu, potentia enim generatio hominis nihil potest plus, quam generare hominem; secus vero de causa æquivoca: hæc enim non manifestat totam suam potentiam in sui effectus productione, ut patet in Sole. Deus autem est agens æquivocum.

X. Utramque ergo rationem concludens, disting. antecedens, perfectiorem effectum, servata proportione geometrica, nimirum: quod causa perfectioris virtutis possit perfectiorem effectum producere, servata proportione inter virtutem causæ, & capacitatem effectus, conced. antec. servata æqualitate arithmetica, id est, quod si causa fuerit virtutis, ut quatuor, effectus debeat esse, ut quatuor, nec antecedens, maxime in causis æquivocis, qualis est Deus. Infinitas ergo virtutis ejus manifestatur per hoc, quod licet non possit per eam fieri effectus actu infinitus, possit tamen, produco quolibet effectus, est perfectio, producere alium, & alium perfectiorem tum numero, tum specie, usque in infinitum successive, ita, ut nunquam devenire sit ad effectum, ultra quem alium & alium in infinitum non possit producere, alias si haberet ultimum, per ipsum finiretur: ut docet S. Th. in 1. dist. 43. q. 1. art. 1. ad 5.

M. S. Doctor hac q. 7. art. 3. querere, an possit dari infinitum secundum magnitudinem, & art. 4. an possit dari secundum multitudinem. Sed quia hæc tractari solent a Physicis, ideo ne Philosophica Theologicis miscamur, ea omittimus.

DUBIUM IV.

An Deus sit immensus.

S. I.

Quædam prætulerunt.

I. Sicut omnipotentia est virtus, est Deus omnia facere potest, quæ possibilis sunt, est numerus, & specie infinita forent; ita immensitas est virtus, quæ Deus ex natura sua vim habet, ut præsens adit omnibus creaturis, etiam numerus, & specie infinite existens. Quare immensitas conditionatur ab actuali Dei præsentia in rebus, sicut actus primus ab actu secundo; & sicut Deus actu erat omnipotens ab æterno, antequam ullam creaturam actu produceret: ita erat actu immensus, & esse, quamvis nulli creature actu præsens adesset; nec minus immensus maneret, si omni creature annihilata, desineret in eis actualiter præsens esse, quia immensitas non dicit actum præsentie ubique, sed vim, seu virtutem.

II. In hæc divina immensitas varie a variis erratum est. Non solum enim de Divina rebus omnibus præsentia impiolecti sunt illi, qui apud Job cap. 22. v. 14. dixerunt de Deo: Nubes involubulum ejus, nec vestra considerat, & circa cordines Cali perambulæ. Sed etiam veteres Philosophi in hac falsa opinione fuerunt, Deum esse in primo Calo, & in parte orientali, ut, ex primis motoribus, inde Calis motum imprimeret, & inchoaret: de quo errore & ipsi Philosophi Principes Platonis, & Aristoteles suspicari sate, si credimus Justino martyri in præsentia ad Gentes pag. 6. cum ille in ligna, iste in ætheris substantia corporea, Deum collocaverit.

III. Reverti tamen Platonicos non adeo male de Divina immensitate sensisse, crediderim, ut eam profus abulerint. Afferebant quidem, Plotino teste, Deum; etiam orbe condito, in se ipso folum, & secretum per se, nec ipsum esse infinitæ, ubi condito: sed dicebant quoque, orbem Deo affixum esse adhæsivæ: eo quia indignum putabant, quod causa eminentissima, qualis est Deus, esset in suo effectu, eique quodammodo miseretur: quare abesse, Deum in se solo manere, eique orbem conditum adherere, Deumque adesse potius rebus creatis, vel res creatas adesse Deo, quam Deum illis inesse, seu in eis esse. Cæterum Deum omnibus rebus adesse, seu præsentem esse Plotinus ex eo comprobat, quod omnes repentino quodam casu percussit, & ex impetu nature Deum invocantes, Deum sibi præsentem esse, testantur. Unum quidem ( inquit ) idemque numerus esse simul ubique legum, communis indicæ mentis humanæ conceptæ, quando omnes naturali quadam instinctu clamant, in unumque nostrum esse Deum. Quare de modo loquendi certasse potius, quam de re Platonici videntur.

IV. Aristotelem vero ad bonum sensum trahit S. Thom. 3. contra Gentes cap. 68. ubi postquam ex Scriptura ostendit, Deum omnibus rebus adesse, subdit: Per hoc autem excluditur error quorundam dicens, Deum in aliquo parte mundi determinatum esse, puta in primo Calo, & in parte Orientali, unde est principium motoris Cali quorum tamen actum subsistentem possit, si factum accipiat: ut scilicet non intelligamus, Deum in aliquo de terminata mundi parte esse conclusum; sed quia omnia corporum motuum principium, secundum naturæ ordinem, ab actu determinata incipit parte. Deo movente, præter quod & in Sacra Scriptura Deus dicitur specialiter esse in Calo, secundum illud Isaiæ ultimo: Calum mihi sedes est: & in Ps. 113. Cælum Cali Domino. Sed ex hoc, quod præter naturæ ordinem in infimæ corporibus Deus aliquid operatur, quod virtus Celestis Corporis causari non potest, manifeste ostenditur, Deum non solum Cælesti Corpori, sed etiam infimæ rebus immediate adesse. Hæc D. Thomis.

V. Certum tamen est, Gentiles Poetas suis Diis immensitatem denegasse, dum singulis proprias sedes assignarunt, Jovi fydæra, Junoni ærem, Vulcanò ignem, Neptuno Mare, Cæteri terram, Plutoni inferos; tamquam sedem propriam, & impemum destinarint.

VI. Porro, quod gravius est, ac mirandum, Judæi ipsi, est

Prophetarum Oraculis illustrati, adeo despulerunt, ut censuerint, Deum in Templo Jerosolymitano ita præsentem esse, ut referente D. Hieronymo. in cap. 66. Isaiæ ad illa verba Cælum sedes mea, ipsum a cæteris mundi partibus abesse, crederent. Quo errore fortassis in deserto constituti, exultantes, Dei præsentiam Columnæ Ignis, & Nubis alligatam esse, videntesque hæc, Moysè morante in Monte, eis non appare-re, putarunt, Dei præsentiam ab illis recessisse, dixeruntque Aaroni fac nobis Deus, qui nos præcedas, Exod. 33. vers. 1. ut superius novavimus.

VII. Proxima lapsio seculo inter cæteros errorem hunc adoperavit Conradus Worthius, Ecclesie Steinfutensis Minister, postea in universitate Lugduno-batava Professor, assertens, Deum non esse immensum, seu ubique.

VIII. Circa Dei immensitatem aliquando se errasse, confitetur S. August. lib. 7. Confess. cap. 5. dum ait, se imaginatum fuisse Deum, tamquam immensum Mare, creaturas vero omnes, tamquam spongiam, finitam tamen, in hoc immenso Mari positam, quæ ex omni parte illo immenso Mari plena esset: Sic ( inquit ) creaturam tuam finitam, in infinito Plenam putabam. Quanto vero fanius meliori lumine illustratus Dei immensitatem conceperit Augustinus, infra videbimus. His ergo prælibatis:

S. II.

Strenuatur veritas.

IX. Dico primo. Deus est immensus, seu Deus habet vim infinitam, ut omnibus, est infinitus, locis adit. Probatur: Vis divina existendi, seu potius continendi loca, non debet minor esse, quam sit Dei essentia, cuius est attributum; sed essentia divina, cum sit ipsum esse in tota plenitudine, est infinita in omni genere; ergo & ejus virtus repleta loci. Hinc Plotinus Platonicus Ennead. 6. lib. 4. c. 11. apud Thomam. lib. 5. Theologia. Dogmat. cap. 1. num. 6. profundamento immensitatis ponit ipsum esse. Cum enim sit pelagus incircumscriptum essendi, omnia potest occupare, tum loftimo enti adit, ac fultet.

X. Confirmatur. Non debet esse minor vis contentendi rebus a se productis, eisque intus aditendi; quam sit in Deo virtus eas producendi, sed vis rerum productiva in Deo, nempe omnipotentia, est infinita, ita, ut nil sit producibile, quod a Deo non possit produci; ergo pariter ejus vis repleta reproducta erit infinita, ut nil sit ab eo productum, quod ipse non repleat, & cui intus non adit.

XI. Dico secundo. Deus de facto omnibus rebus adit, eisque intus præsens est. Probat D. Th. tum hac 1. part. q. 8. art. 2. tum 3. contra Gentes cap. 68. ex illo Jerem. 23. vers. 24. Cælum, & terram ego impleo, & ex illo Psalmi 138. vers. 8. Si ascendero in Cælum, tu illic es: si descendero in Infernum, ades. Super que S. Hieronymus in c. 66. Isaiæ supra relatum postquam ait, hoc dictum fuisse, ut Judæicum concivis errorem, qui putant invisibilem, & incomprehensibilem Deum, Templo Jerusalem posse concludi ( quod supra diximus ) subdit: Ac ne abiremur, in Calo quoque; & Cælum Dei magnitudinem mensuramus, in alio loco de eo loquimur: Qui tenet Cælum palmo, & terram pugillo: Per que ostenditur Deus, & invisibilis, & insensibilis, & circumfusis, dum & solto ambiente non concluditur, & pugillo concluditur, ac palmo. Qui non solum Cali, & terra, sed & invisibilem creator est Angelorum, Dominationum &c.

XII. Item D. Augustinus Epist. 187. alias 77. ad Dardanum, quæ est de præsentia Dei cap. 4. Est ergo ( inquit ) Deus per sancta diffusa. Iste quoque ait per Prophetam, Cælum, & terram ego impleo, & quod paulo ante post de sapientia ejus ( Sapient. 8. 1. ) Attingit a fine usque ad finem foritret, & disponit omnia suaviter. Itemque scriptum est ( Sapient. 1. 7. ) Spiritus Domini replevit orbem terrarum: eique dicitur in quodam Ps. 138. 7. 8. Quod abibo a spiritu tuo, & a fide tua quo fugiam? Si ascendero in Cælum, tu ibi es: si descendero ad Infernum, ades; Sed sic est Deus per sancta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, sine onere continens mundum. Non tamen per partem locorum, quasi mole diffusa, ita, ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atque ita per totum totus; sed in solo Calo totus, & in sola terra totus, & in Calo, & in terra totus, nullo convenient loco, sed in seipso utique totus. Hæc S. Augustinus. Quibus non fides docet, Deum ubique esse, modum, quo ubique est, id est, non contentus, sed continens, non ad modum corporum dimidius in dimidio, sed totus in toto, & totus in qualibet parte.

XIII. Hoc expressit S. Th. 1. part. q. 8. art. 1. ad 2. dicens, quod licet corporalia dicantur esse in aliquo, sicut in continente, tamen spiritualia continent ea, in quibus sunt, sicut Anima continet corpus. Unde & Deus est in rebus, sicut continens res. Et 3. contra Gentes cap. 68. Non est finitus ( inquit ) estimandum, Deus sic esse ubique; quod per locorum spatia dividatur, quasi una pars ejus sit hic, & alia alibi: sed totus ubique est: Deus enim, cum sit omnino simplex, partibus caret. Neque sic simplex est, sicut punctus, qui est terminus continui, & præter hoc determinatum, suum in continuo habet: unde non potest unum punctum, nisi in uno loco indivisibile esse. Deus autem indivisibilis est quasi omnino extra genus continui existens, unde non determinatur ad locum, vel magnitudinem, vel partem ex necessitate sua essentie, quasi oporteat, eam esse in aliquo loco: eam ipse fuerit: ab æterno ante omnem locum, sed immensitate sua

... sua virtutis attingit omnia, qua sunt in loco ... si igitur re- ...

XIV. Sed opponit Worffius. Quod est super omnia, non est in omnibus rebus, sed Deus est super omnia, secundum illud Psalmi 112. ...

XV. Praevincit hoc argumentum D. Th. qui hac q. 8. art. 1. ad 1. sic respondet. Deus est super omnia per excellentiam sui naturae, & tamen est in omnibus rebus (etiam minimis, & vili- ...)

S. III.

Variis modi, quibus Deus est in rebus.

XVI. Quamobrem noto, quod cum quatuor distingui possint gradus, seu ordines entium, nimirum naturae, gratiae, gloriae, & unionis hypostaticae, quatuor pariter distingui possunt Dei praesentiae, seu existentiae modi. Primus est naturalis, quo est praesens omnibus naturis creatis, eas producendo, & in esse conservando. Hoc sensu dicitur Jerem. 23. ...

Secundus praesentiae modus est Sanctificativus, quo nimirum Deus est praesens animae iusti, caritatem, gratiam, & illa dona supernaturalia in eam effundendo: unde Christus Jo. 14. 23. si quis diligit me ...

Tertius praesentiae modus est glorificativus, quo beatis inexistit, in eos effundendo per sui possessionem aeternam felicitatem, & beatitudinem: iuxta illud Ps. 5. 12. in aeternum exultabunt, & habitabit in eis.

Quartus est specialissimus, & personalis, quo Verbum divinum personaliter praesens est in humanitate Christi, sibi hypostaticae unita: In Christo namque, ait Paulus ad Coloss. 2. 9. inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

Alius praesentiae modus praesentiae, nimirum essentialis, qua divina Persona sibi invidens inexistit: dicente Christo Jo. 14. 10. non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me ...

XVII. Observo insuper ex D. Augustino Ep. 188. supra citata cap. 5. quod licet Deus ubique, & in omnibus totus sit; non tamen in omnibus habitat. In illis enim, in quibus solum est, ut auctor naturae, nimirum primo modo, est quidem praesens, sed non inhabitans. In illis ergo solum inhabitat, qui Templum Dei sunt per gratiam, iuxta illud 1. Cor. 3. 16. Nescitis, quia Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis: ideoque Deus est omnibus adsit, solum inhabitare dicitur in iustis Viatoribus per gratiam, in Beatis per gloriam, in Humanitate Christi per unionem hypostaticam. Neque enim, in quibus habitat, in omnibus aequaliter habitat, sed magis, vel minus, secundum quod majorem, vel minorem gratiam eis conferat: unde magis inhabitat in iustis Viatoribus, non quia illis minus aliis magis adsit: Deus enim omnibus totum adsit; sed quia aliis plus cum cunctis, aliis minus: sicut enim, cito anima tota adsit singulari corporis partibus, non tamen singulae aequaliter animae effectus capiunt, sed aliae plures, aliae pauciores: sic est omnes Beati totum Deum capiant, non tamen aequaliter, quia alii plus eum vident, alii minus quoad intentionem. Et quamvis omnes iusti Viatores Deum habitorem habeant, in aliis tamen plura, in aliis pauciora essentiae dona. Videatur S. Aug. loco citato.

XVIII. Observo praeterea ex D. Thoma hac q. 8. art. 3. in rebus creatis praesentem esse Deum tripliciter, nimirum per potentiam, per praesentiam, & per essentiam: quod ex his, quae in rebus humanis contingunt explicari potest. Rex enim dicitur esse in toto regno per potentiam, licet non sit ubique praesens. Per praesentiam vero dicitur esse in omnibus, quae sub oculis eius sunt, vel sunt: sic dicitur praesens in aula. Per essentiam vero dicitur praesens in solo suo, quod contingit sedens. Sic ergo Deus, ait Sanctus Doctor, est in omnibus per potentiam, in quatuor omnia ejus potestati subdignatur. Est per praesentiam in omnibus, in quatuor omnia nuda sunt, & aperta oculis ejus. Est in omnibus per essentiam, in quatuor adsit omnibus ut causa essendi.

XIX. Oportuit autem hunc triplicem modum inexistendi rebus in Deo statuere, ad triplicem errorem confutandum. Quidam enim, ut Manichaei, dixerunt, spiritualia quidem, & incorporea esse Deo subiecta: at Corporalia potestati principii contrarii subiecta esse dicebant. Et contra hoc oportuit dicere, quod Deus sit in omnibus per potentiam.

Euerunt vero alii (Averroes) qui licet crederent, omnia esse

se subiecta divina potentiae, tamen praesentiam divinam usque ad hic inferiora corpora non extendebant: ex quorum persona dicitur Job 22: circa cardines Caeli perambulavit, nec nostra considerat: & contra hoc oportuit dicere, quod Deus sit in omnibus per suam potentiam. Euerunt vero alii (Avicenna), qui licet dicerent, omnia ad Dei praesentiam pertinere, tamen praesentiam, omnia non immediate esse a Deo creata, sed quod immediate creavit primas creaturas, & illa creaverunt alias. Et contra hoc oportuit dicere, quod sit in omnibus per essentiam. Ita D. Thom.

XX. Adverte tamen primo, Sanctum Thomam hic loqui solum de rebus actu existentibus; in his enim solis actu inest, adhaerere Deo; non vero in rebus non existentibus: ideoque ob hoc expositione Divi Thomae rejicit Frassen. Secundo est cognitio non fiat, cognoscens esse in cognito, sed potius cognitum in cognoscente, quantum ad modum cognitionis, ut observat D. Thomas hic ad 3. quantum tamen ad virtutem cognitionis, quae est intus penetrans, & pervadere rem cognoscens bene dicitur esse in re cognita. Tertio quod licet dare alteri esse non inferat ex terminis, quod dat, sit quoad substantiam praesens ei, cui dat esse, ut patet in Sole, qui secundum substantiam non est in sublimariis, in quae agit, sed solum secundum virtutem; dare tamen alteri esse, in eo, cuius operatio est ipsum esse (quod in Deo supponit D. Th.) bene inferat, quod qui dat esse, sit quoad substantiam praesens ei, cui dat. Tandem non est idem, Deum esse in omnibus per essentiam, ac esse in omnibus per potentiam: Quia primum est esse illis per actualem operationem: Secundum vero vim operativam; unde si Deus nihil in rebus existentibus actu operaretur, non esset in eis per essentiam, quia tamen in illis posset operari, esset in eis per potentiam.

DUBIUM V.

An velle inferatur Dei praesentia in rebus secundum essentiam, quia in omnibus operatur esse.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dicitur Thomas hac q. 8. num. 1. & passim, ut probet Deum cunctis rebus inire adesse secundum suam substantiam, utitur hoc discursu: Deus operatur in omnibus, in eis causans esse: ergo omnibus rebus per suam substantiam inire adest; non quidem, ut pars essentiae earum, vel sicut accidens: sed sicut agens adest ei, in quod agit. Hanc lationem infirmam judicat Scotus in 1. disp. 37. quae. unica. & cum eo Scotus, propter rationes inferius adductas. Attamen.

II. Dico. Bene probat D. Thomas, Deum esse omnibus rebus per suam substantiam praesentem, quia in omnibus rebus operatur. Hic controversa non est, an substantia Dei sit in rebus omnibus rebus: hoc enim Scotus, & omnes, qui Immenstatem Dei non negant, consentiunt: sed an ratio formalis consequens substantiam Dei omnibus rebus praesentem, sit ipsa Dei operatio in rebus, eis dando esse, & conservando. Hoc est, quod asserit D. Thomas, & Scotus negat. Hoc est, quod asserit D. Thomas, & Scotus negat. Hoc est, quod asserit D. Thomas, & Scotus negat.

III. Probo tamen hic, illa est ratio proxima, & immediata rebus fundans praesentiam substantiae Dei in omnibus rebus, quae substantia Dei sit immediate indistincta, quasi conjuncti rebus: illaque tangens: Non alia enim ratione quantitatis extenso est ratio proxime fundans existentiam Corporis in loco, nisi quia per illam Corpus fit immediate indistincta a loco, conjunctum loco, & tangens locum: sed ratio unica, quae substantiam Dei sit immediate indistincta in rebus sit. Major videtur certa. Minor probatur. Omne agens debet conjungi, & tangere illud, in quod agit, vel contracta virtutis, si agit per virtutem extra se diffusam, vel per suam substantiam, & suppositum, si agit per virtutem, & operationem, quae sit sua substantia: sed virtus, & operatio Dei est ejus substantia: ergo ratio conjungens substantiam Dei, eamque reddens intime praesentem rebus, est ejus operatio, quia in illis agit. Cum autem proprius effectus Dei, qui est suum esse, fit esse creatur, sicut ignis est proprius effectus ignis, & Deus in creaturis causat esse, non solum quando esse incipiunt, sed quando in esse conservantur: Cumque insuper esse sit illud, quod cuilibet rei magis intimum est, & formale, sic, ut operatio, qua Deus esse in creaturis producit, & conservat, sit ratio substantiam Dei intime, & continuo conjungens cum rebus quando rei in esse perseverant. Hac est ratio D. Thomae.

IV. Confirmatur. Illa est ratio proxime fundans existentiam substantiae Dei in rebus, ex cuius diversitate variatur modus existentiae in illis, quae constitutum idem est, ac distinctum; sed ex variatione operationis Dei in creaturis variatur modus existentiae in illis; ergo est Minor probatur. Deus quatenus producat esse in creaturis, generaliter est in illis, quatenus aliquid speciale in illis causat, & specialiter in eis operatur, dicitur esse specialiter in illis. Sic dicitur esse specialiter praesens in anima iusti, quatenus gratiam, & omnia dona supernaturalia in ea producit. Dicitur singulariter praesens in anima beata, quatenus gloriosum lumen ei communicat: & dicitur singularissime praesens in anima Christi, quia cum ad unionem hypostaticam sublimavit; ergo &c.

Dicit Frassen, ex operatione concludi Dei praesentiam non per locum ab intrinseco, sed ab extrinseco, quatenus, si aliquid conset, Deum esse praesentem ubique operatur, consequens est, ut sit ubique, si ubique operatur.

Sed contra. Si operatio non est ratio intrinseca inferens Dei existentiam in rebus: quomodo erit? Substantia Dei? At illa est, quae est praesens; nos autem hic quatenus quae fiat praesens. Non per se ipsam, quia substantia Dei profus absoluta est ab omni extrinseco. Et insuper ab aeterno erat substantia Dei, & tamen ab aeterno creaturis praesens non erat; oportet ergo, quod ratio fundans existentiam Dei in creaturis sit aliquid connotans creaturas in esse actuali postas. At hoc quid erit? Immenitas? At illa est quidem vis sese intime sistendi omnibus creaturis, ut omnipotentia est vis omnes illas producendi; at non id, quod actu sese sistat omnibus illis. Nam ab aeterno Deus erat immensus, nec tamen ab aeterno actu in creaturis erat. Si ergo ratio sistens Deum in creaturis operatio non est: quidnam, rogo, est?

Dicit secundo, fallum affirmari, dum dicitur, quod esse sit proprius effectus Dei: Nam creatura etiam ipsa producit esse, & Deus non solum producit esse, sed omnino etiam praedat rel.

VI. Sed contra. Nam non est dicitur, quod esse sit ita effectus proprius Dei, ut nullus a Deo possit ex parte rei producere ipsum esse producere, & quod Deus sit esse producat, ut alia rei praedat non producat: sed dicitur, quod esse sit sub ratione esse absolute, & essentialitate a nihilo, ut effectus effectus Dei; creatura autem non tangit esse, ut effectus effectus a nihilo, sed esse ut tale. Et ideo, quia creatio est productio totius entis ex nihilo, creare solus Dei est proprium, ut probat D. Thom. 1. part. qu. 45. art. 5. & nullam creaturam posse producere esse, nisi in virtute Dei ostendit 3. contra Gentes cap. 66.

VII. Verum, ne sola ratione pugnae videatur, accedat auctoritas. Et primo Scripturae, quae pro causa existentiae Dei in creaturis statuit ejus operationem in illis. Primo Ps. 138. Inquit: si ascendero in Caelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades: quibus verbis Dei ubique tamen declarat, cuius rationem aperiens subdit: nec enim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Quis autem nesciat, manus, & dextera Dei nomine significari operationem. Si ergo Deus in Caelo, & in inferno est, quia ibi est manus, & dextera ejus, ibi est, quia ibi operatur. Unde D. Augustinus Epist. 187. alias 57. ad Dardanum c. 4. dubio precedente citatus, post praeterea Psalmi verba subiungit, sic est Deus per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creaturis mundi.

Secundo S. Paulus ad Romanos 17. 27. reddens rationem, cur Deus non longe sit ab antiquoque nostrum: ait: in ipso enim vivimus, movemur, & sumus. Ideo (ut ait Ambrosius in illud Psalmi prope et tu dominus) visalem etenim omnibus gratiam subministrans, omnibus praesens est.

Tertio, illa verba Joana. 1. 10. in mundo erat, & mundus per ipsum factus est. S. Augustinus tract. 5. super Joann. sic exponit: ut ly & reddat sensum causalem: per ipsum enim mundus factus est. Audiendum porro est Sanctus Doctor. Neque, inquit, quia sic erat in mundo, quomodo in mundo est terra, in mundo est Caelum, in mundo est Sol, Luna &c. non sic iste in mundo erat, sed quomodo erat? Quomodo artifex regens, quod scie: non enim sic fecit, quomodo scie fieri. Terrificus est arca, quam scie, & illa in alio loco posita est, cum fabricatur, & quomodo iuxta sit, ipse alio loco sedet, qui fabricatur. & extrinsecus est ad illud, quomodo per quem mundus factus est. Per ipsum enim mundus factus est. Haec S. Augustinus. Quibus duplicem discrepantiam adverte inter modum, quo creator, & quo creatura operi suo adest: Prima, quod in creatore operatio antecedit praesentiam, in creatura subsistentia: nam creator prius creat, quam rei sit praesens. Sequitur: nam creator prius creat, quam rei sit praesens. Sequitur: nam creator prius creat, quam rei sit praesens. Sequitur: nam creator prius creat, quam rei sit praesens.

VIII. Plura pro hac veritate congerit Patrum testimonia Thomassin. Theologic. Dogmas. lib. 5. cap. 4. Duos proferam, Nyssenum, & Damascenum. Primus enim lib. de anima, Cum, inquit, natura intelligibilis fuerit in habitudine ad locum, vel ad rem in loco sitam, absque dicitur illam esse propter operationem ejus, quae ibi illa, locum pro habitudine & operatione sumens. Cum enim dicitur dicitur, ibi operatur, dicitur ibi esse. Quid aperit? Damascenus autem lib. 1. fidei orth. cap. 16. ubi de Deo, ipse sui ipsius locus (inquit) est: cuncta replens, & super omnia emans: & ipse continens omnia. Dicitur autem in loco esse, & dicitur locus Dei, ubi ejus manifestus sit operatio. Ipse enim per omnia pure, & impermixtibiliter manet; & omnibus suis operationis consortium tradit, secundum uniuscujusque appetitum, & capacitate virtutum. Dicitur igitur Dei locus, qui plus participat operationis ejus, & gratiae. Damascenus.

IX. Hic ergo & rationibus, & auctoritatibus munit Disceptuli Divi Thomae, non solum praesentiam Dei adstruit in ejus operatione, sed etiam hanc ita exigi existimant, ut in rebus exiit, quod si Deus in illis non operaretur, illis praesens non esset; immo ille non esset. Et hoc ex Nysseno ens. catech. cap. 32. Anselmo in Monolog. cap. 22. & August. lib. 1. conf. cap. 2. Volunt praeterea, quod sicut res corporea

constituitur praesens loco per contactum suae quantitatis; ita res spiritualis fiat praesens loco per contactum suae virtutis; contactus autem virtutis est operatio. Tandem concludunt, quod si Deus sit in loco, seu verus in creatura sua, ut non sit in illa tamquam contentus, sed tamquam continens eam, non tamquam dependens, sed tamquam faciens eam a se dependere, cum enim Deus continet, & faciat a se res dependere, quia in eis operatur, dando eis, & conservandum in eis esse, consequenter in re ut in loco fit per operationem, ut idem sic dicere: Deus hic operatur, ac dicere Deus hic est.

S. II.

Rationes Scoti soluta.

X. Obicit primo Scotus. Agens, si maxima est activitatis, potest agere in aliquid, esse secundum substantiam distet ab illo ut patet in Sole, qui agit multa in visceribus terrae, & tamen Sol in visceribus terrae non est, sed in Caelo valde distans: Atqui Deus est maxima, immo & infinita virtutis; ergo potest agere in rebus, esse non sit in illis, & licet distet ab illis; ergo ex operatione Dei in creaturis non colligitur, quod secundum substantiam Deus adsit illis.

Respondet, verum esse de agente, quod operatur per virtutem a se extra se diffusam: tunc enim quanto majoris activitatis est agens, est secundum substantiam distans, quia tamen virtute a se effusa contingit illud, in quod agit; potest in eo agere, ut patet in Sole, qui cum agat per lucem, calorem, & aliaque virtutes extra se effusas, operatur in visceribus terrae, quin arguatur, ibi substantiam Solis adesse, sed ejus virtutem tantum. Secus vero de agente, quod operatur per virtutem, quae sit sua substantia; tunc enim si virtus agens adest ei, in quod agit, oportet, ut ei adsit quoque ipsa agens substantia. Cum ergo Deus agat per virtutem non extra se effusam, sed per virtutem, quae est sua substantia (agit enim actione formaliter inter se immanente, & solum virtualiter transeunte) ideo si sua actione adest, adsit etiam sua substantia, necesse est. Et in isto argumentum. Agens, quod agit virtute a se effusa, oportet, ut in sua virtute praesens sit ei, in quod agit, alius non ageret, si agens aliquid modo non conjungeretur passio, & movens mobilis, & illud modo non tangeret; ergo agens per virtutem, quae sit sua substantia, debet conjungi, & adesse ei, in quod agit, secundum substantiam.

XI. Hic nota, causam debere conjungi, & adesse effectui, vel per suam substantiam, vel per suam virtutem, non oriri ex limitatione, ut patet Scotus: sed ex ipsa natura, & essentia causae. Sicut enim forma non potest agere materiam, nisi ei conjungatur, ita nec agens potest in aliquid agere, nisi virtute sua illi conjungatur, & ei adsit; si enim illud non contingat, nil in eo agere: essentia divina non causat in intellectu visionem beatam, nisi ei conjungatur, nec Persona Verbi esset principium operationum in Christo, nisi ei intime, & hypostaticae uniretur.

XII. Dices. Fallum est, Deum agere per virtutem, quae sit ejus substantia; nam ad producendam gratiam in anima pueri utitur aliquid extra se, nempe Sacramento Baptismi: cur ergo etiam ad producendum esse in creatura, illudque conservandum, non poterit uti virtute extra se diffusa?

XIII. Respondet negando assumptum. Ad prob. conc. antecedenti, nego consequentiam. Bene enim potest Deus per virtutem a se diffusam in instrumentum gratiam causare, non vero per virtutem a se diffusam causare esse, illudque conservare. Et ratio est, quia virtus causativa gratiae, utpote instrumentalis, bene potest esse creata, & limitata, & extra Deum diffusa; at non sic virtus causativa esse, & conservativa illius, quatenus a Deo est. Ratio autem huius est. Quia esse ut correspondet divinae virtuti est esse sub ratione esse, & ut immediate contradistinctum a nihilo, & si virtus divina illud non tangeret, rueret in nihilum; nulla autem virtus creata potest respicere ens, seu esse, ut a nihilo distinctum, & ita, ut, si illa illud non contingeret, rueret in nihilum: nam nulla virtus creata potest esse productiva totius esse immediate ex nihilo, alias esset creativa, neque talis, ut si ejus concursus deficeret, esse rueret in nihilum. Quare D. Thomas 3. contra Gentes cap. 68. ex hoc probans necessitatem conjunctionis Dei agentis cum creatura, in quam agit: Necesse est (inquit) ut causa agens sit simul cum suo effectu proximo, & immediato. In quolibet autem re est aliquid effectus proximus, & immediatus ipsius Dei: Oportet ergo esse simul supra in secundo (cap. 21.) quod solus Deus creare potest. In quolibet autem re est aliquid, quod per creationem causatur: in rebus quidem corporalibus primo materia; in rebus autem incorporeis simplices earum essentiae, ut ex his apparet, quae in secundo (cap. 15.) sunt determinata. Oportet igitur simul Deum adesse omnibus rebus, praesentem cum eis, quae de non esse ad esse producantur, continuo, & semper in esse conservet: ut ostensum est (cap. 65.)

XIV. Obicit secundo. Si per impossibile Deus tantum esset in Caelo, posset operari in Terra, & in Inferno; ergo si posset agere ubi non est, non inferret ejus praesentia in rebus ex operatione. Antecedens probatur. Si Deus esset tantum in Caelo, posset velle distans; & intelligere distans; sed Deus agit per intellectum, & voluntatem; ergo posset agere &c.

XV. Respondet negando antecedens. Cum enim Deus non operetur per virtutem a se diffusam, maxime dum operatur, & conservat esse, ut dictum est, sed per virtutem, quae sit ipsa

ipsa substantia Dei, non operaretur in Terra, aut in Inferno, nisi nisi ibi esset: unde ps. 138. sepe laudato pro ratione, quare Deus sit in Caelo, & in Inferno addit adjuccit eius manus, & dextera, eius nimirum operatio. Hinc nec potest efficaciter velle, nec practice operari in illis locis, & in illis non esse: quia cum operatio fiat per Deum presentem ubi operatur, velle operari, & non esse eo, in quo operatur esset velle duo contradictoria, scilicet non esse ibi, & esse ibi: sicut qui velle sua quantitate tangere locum, & ibi non esse, velle ibi esse, & non esse ibi.

XVI. Obijcit tertio. Si per impossibile daretur aliquid ens non productum a Deo, Deus ratione immensitatis esset illi presens, & ab eo inditans; ergo non colligitur eius presentia ex operatione. Antecedens probatur. Nam ens illud non productum esset alibi; sed immensitas Dei, utpote infinita, ad omnia se extendit, ergo &c.

XVII. Respondet, negando absolute antecedens, sumptum de presentia, & inditansia positiva. Sicut enim si ab aqua existente in vase separaretur per impossibile, vel possibile quantitas, non esset amplius in vase tamquam in loco positive, quia desiceret illi quantitas, ratione cuius tangit superficiem corporis ambientis, & est in vase tamquam in loco: ita cum operatio sit ratio, qua Deus tangit Creaturas, & est in illis, si respectu alicujus creature Deus non operaretur, non adesse positive illi, sed ad summum fundamentaliter, & negative. Verum hoc idem argumentum in adversarios converto. Si enim per impossibile Deus non esset immensus, si tamen produceret aliquid creaturam, illi fieret presens; ergo non est illi presens ratione immensitatis, sed operationis.

XVIII. Sed dices. Omnipotentia, cujus actus est operatio, est attributum distinctum ab Immensitate, cujus actus est esse ubique: illa enim pertinet ad lineam operandi: ista ad lineam essendi: si ergo Deus non operaretur in creatura, dummodo esset immensus, adhuc esset in illa.

XIX. In hoc diviso invenio Divi Thomae discipulos. Non pauci volunt, Immensitatem non esse attributum diversum, sed minus inaequantur omnipotentia: esse enim operari, & esse absolute fundens lineas diversas; non tamen operari, & esse in rebus; nam Deus non est in rebus, nisi per operationem. Et isti negant antecedens.

Alii autem admittunt antecedens, permittentes Immensitatem, & omnipotentiam esse duo attributa virtualiter diversa; Immensitatem tamen esse rationem Deo actu existendi in rebus, quia Deus ab aeterno immensus fuit, est in nulla creatura esset. Est ergo immensitas ratio formalis in actu primo, per quam potest in rebus existere, supposito, quod eas Deus producat: unde isti volunt Immensitatem precedere operationem, sicut actus primus actum secundum. Ergo autem hac in re duo distinguerem: nimirum ipsam formalem presentiam omnibus rebus, seu ubiqueitatem, & hanc dicerem esse actum proprium immensitatis, cujus actus est sibi esse Deum presentem omnibus locis; & insuper rationem proximam fundentem talem presentiam, & hanc dicerem esse ipsam operationem, seu contactum virtutis, qua Deus tangit res, eas creando, vel in eis operando, quod est proprium omnipotentia; & juxta hoc responsum omnipotentia, ejusque operatio precedit, Immensitas vero, ejusque exercitium subsequitur. Sic etiam in Corporibus prius natura est tangere locum per quantitatem, quam esse in loco presentem, seu ubiqueitatem, cum hoc fundetur in illo. Hinc sicut Deus ab aeterno erat omnipotens, quamvis extra se actu nihil operaretur, sic erat immensus, quamvis nulli extra se actu presens esset.

XX. Obijcit quarto. Prius est aliquid esse, quam operari: ergo prius est esse in loco, quam operari in loco. Respondet, negando consequentiam, quam inflo sic. Prius intelligitur corpus esse, quam esse ubique: ergone prius intelligitur corpus esse in loco, quam esse ubique in illo? sicut ergo non valet; quia esse ubique, seu esse quantum est id, quo res corporalis ponitur in loco; ita nec valet in nostro casu, quia operatio est ratio fundans presentiam Dei in rebus.

S. III.

An Deus actu sit in spatiis imaginariis.

XXI. De spatio imaginaria intelligunt Theologi immensa quaedam spatia vacua, inania, quae imaginantur esse extra Caelos, quaque possent repleri corporibus, si Deus ibi ut potest, illa produceret. Sic ante hujus Universi fabricam fingimus, fuisse quandam vastitatem inane, & vacuum in spatio, quod nunc occupat Universum. De utroque hoc spatio imaginario quaerimus, an Deus sit, vel fuerit in illo actu, & formaliter praesens. Seu, an Deus de facto fuerit in his spatiis, in quibus est modo Universum, antequam Mundum conderet, & an modo actu sit extra Caelos, ubi adhuc nihil produxit. Hoc ut melius explicem.

XXII. Nota. Deum dupliciter posse esse extra Caelos, & in spatiis imaginariis. Primo actu, & positive, ita, ut sit actualiter, & positive praesens illis spatiis imaginariis, quae fingimus fuisse ante mundum, vel modo extra mundum, eo pacto, quo praesens est modo toti huic Universo. Alio modo negativo tantum, & fundamentaliter, quatenus vis locativa Dei non coarctatur ad hunc Mundum, sed est potens alios, & infinitos Mundos sua substantia replere, si placeret illos condere.

XXIII. An extra Mundum inane spatium addit, dubitatum

a Veteribus Philosophis fuit, ut ostendit Eusebius lib. 16. de preparat. Evang. cap. 40. Distinguitur enim extra Mundum inane spatium esse volens, quo Mundus, neque unde respicit. Scilicet infinitum, & immensum aliquid, in qua Mundus ipse conflagratione dissolvitur. Philosophus non infinitum quoddam, sed ejusmodi tantum, quod ei dissolutioni sufficit, ut dicit libro de loani primo. Aristoteles inane quicquam esse negat: & Plato extra, quam intra Mundum; Inane repudiat. Hac Eusebius. Et certe Aristoteles lib. 1. de Caelo cap. 3. neque Corpus extra Caelum posse esse, dicit, neque locum, neque vacuum, neque tempus. Plato etiam in Phaedro Stecherum narrantem indicit, supra Caelum quandam esse regionem amantissimam, cujus pulchritudo verbis explicari nequeat. Hanc tamen sententiam Cleomedes reprobavit; afferens, extra Caelos dari vacuum quoddam nullo Corpore repletum. Hoc ergo supposito.

XXIV. Dico primo. Deus est in spatiis imaginariis fundamentaliter, & negative. Immensitas enim, seu vis repletiva Dei non coarctatur, cum sit infinita, intra ambitum, & angustias hujus Universi. Ideoque 3. Regum 8. 27. ait Salomon Si Caelum, & Caeli Caelorum te capere non possunt, quanto magis Domus haec, quam adificavi. Et Job cap. 22. 12. An non cogitas, quod Deus excellat Caelo, & super Stellarum verticem subsistat? Hoc ostendunt dicta omnia Sanctorum, quae inferius adducemus.

XXV. Dico secundo. Deus non est actu, & positive extra Caelos in locis, seu spatiis imaginariis, neque positive fuit in spatio hoc, antequam Universum conderet. Est communis etiam apud Scotistas, quamvis aliqui etiam ex nostris diffident. Tenenda tamen est haec sententia, quae conformis SS. Patribus, qui ad illam interrogationem, ubinam Deus esset, antequam mundum creasset? respondit, fuisse tantum in se ipso. Sic Tertullianus lib. adversus Praxeam cap. 5. Ante omnia (inquit) Deus erat solus, & ipse sibi & mundus, & locus, & omnia. Sic D. Augustinus in Pl. 122. Antequam (inquit) faceret Deus Caelum, & terram, ubi habitabat? In se habitabat, Deus apud se habitabat, & apud se esse Deus. Et S. Bernardus lib. 5. de Consider. c. 6. Ubi erat, antequam mundum foret, ibi esse. Non esse, quod quarens ultra, ubi erat: prae se ipsum nihil erat; ergo in se ipso erat.

XXVI. Accedit D. Thomas in 1. diff. 37. quaest. 2. art. 3. ubi quaerens utrum esse ubique conveniat Deo ab aeterno, respondet negative, cujus prima ratio est ista: in quocumque est aliquid, illud oportet esse: quia in nihilo nihil omnino est. Sed neque locus, neque aliqua res ab aeterno fuerunt; ergo neque Deo ab aeterno convenit ubique, vel in rebus esse. Secunda ratio S. Doctoris est. Cum dicitur, Deus est ubique, intelligitur quidam relatio Dei ad creaturam, fundata super aliquam operationem, per quam Deus in rebus dicitur: omnis autem relatio, non dicitur ad Deum, nisi ex tempore sicut Dominus, & creator, & insuper illi: quia hujusmodi relationes actuales sunt, & exigunt, actu esse utrumque extremorum; sicut ergo non dicitur operari in rebus ab aeterno: ita nec esse in rebus; quia hoc operationem ipsas designat.

Ejusmodi S. Doctoris rationes applicari possunt ad spatia, quae mundo jam condito, extra mundum imaginantur. Nam in nihilo nihil omnino est; fed neque locus, neque aliqua res extra mundum est; ergo &c. Deinde relatio presentiae Dei in rebus fundatur in operatione in creaturas procedente, sed est in spatiis, quae imaginantur extra mundum, nulla a Deo actio in Creaturas procedit; ergo in illis Deus non habet actualem positivam presentiam. Hinc apparet, quantum recedant a Doctrina S. Magistri Thomae, qui contrarium opinantur.

XXVII. Obijcit tamen primo multas Sanctorum Patrum auctoritates, qui videntur dicere, & loqui pro ipsis. Gregorius lib. 2. moral. cap. 12. Ipse (inquit) manet intra omnia, ipse extra omnia. S. Augustinus serm. 1. de Verb. Apof. nunc serm. 384. vocat Deum ultra omnia, extra omnia, praeter omnia. Idem Hilarius lib. 1. de Trinitate n. 6. Idem Nazianzenus orat. 34. Idem alii.

XXVIII. Verum Patres illi non favent. Vel enim loquuntur, non de spatiis ante mundum, vel extra mundum, sed de rebus ipsis creatis, intra quas est Deus, quia illis adest, extra quas, quia in illis non concluditur, sed eas continet, supra illas excellentia, & dignitate, ut Gregorius, Augustinus, & Hilarius. Vel si loquantur de Deo ante rerum creationem, ut loquitur Nazianzenus, qui quaerit, ubi fuerit Deus ante conditum Universum, solum vult, Deum non esse in Universo, sicut in loco a quo circumferretur, quia erat ante Universum, utique in seipso. Uno Verbo. Omnes Patres eo colligunt, ut Dei Immensitas ad hujus Universi angustias ostendat non esse coarctatam; sed ultra illas tendenti, non quidem actuali, & positive presentia in rebus, quae non sunt, sed presentia sua potestate, & negativa; quod in prima assertionem confessi sumus.

XXIX. Sed dicitur. S. Thomas 3. part. quaest. 52. art. 3. ad 3. ait: Nec omnia loca simul occupat (Dei) Immensitas omnia comprehendit.

Respondet D. Thom. ibi non loqui de spatiis imaginariis, sed solum assignare differentiam inter modum, quo Deus est in rebus, & modum, quo aliquid circumscriptive est in loco; cum hoc sit totum sit ab actu, nihil ejus sit extra: at Deum nec omnia loca simul comprehendere possunt, quinimo ipse omnia comprehendit, quia ab illis non coarctatur, neque in illis continetur, sed ea continet, & in pluribus aliis, immo infinitis esset, si ea condidisset.

XXX. At

XXX. At replicant. Sanctus Doctor quodlibet. 11. art. 5. Deus (inquit) non solum est in illis, quae sunt, & fuerunt, & erunt, sed etiam in illis, quae possunt imaginari fieri.

Respondet D. Thom. eo in loco velle ostendere, virtutem Dei locativam esse infinitam, ideoque non restringi ad ea, quae sunt: sed extendi etiam ad ea, quae imaginari possunt non quia in loco imaginariis Deus actu sit, sed quia non possumus imaginari locum, aut rem aliquam, in qua Deus actu non sit: quod est locum velle. Dei immensitatem non coarctari a rebus, quae sunt; unde lib. 1. de Caelo lect. 21. dicitur, Deus dicitur esse extra Caelum, non tamquam in loco, aut circumscriptus, sed quia non continetur, clauditur sub continentia rerum corporalium.

XXXI. Obijcit secundo. Non debet negari Deo ratione immensitatis, quod concederet corpori infinite magnitudinis, si daretur sed hujus corporis tanta esse extensio, ut omnia loca etiam imaginaria repleteret ergo tanta est extensio immensitatis, ut replet omnia loca etiam imaginaria.

XXXII. Confirmant. Potest Deus confluere aliquid corpus quantum supra ultimum, & superiorem Caelum, ita, ut pedes habet supra sphaeram illius ultimi Caeli, ceteras vero partes extra illam expansas, & erectas, vel assidentes, ut de Corpore Christi videtur innuere Sanctus Paulus ad Ephes. 4. qui ascendit super omnia Caeli: sed in hoc casu corpus illud haberet plures partes locatas in spatio, quod imaginatur supra Caelos; ergo multo magis Deus.

Respondet primo disting. minor. repletur positive, quasi habens presentiam realem, & physicam ad spatia illa imaginaria, nego minor. Hae enim resultat ex superficie loci ambientis locatum: nullum autem in spatiis imaginariis esset corpus, aut locus ambiens, immo nec esse possent, cum corpus illud infinitum omnia loca etiam imaginaria replens, locum quicumque corpori non relinquere. Repletur quasi negative, idest ratione sui infinitatis non ita continetur intra mundum, quia ad alterius mundi, si conderetur, spatium non potest sese extendere, conc. min. Idem de Dei immensitate dicitur. Quo etiam solvitur confirmatio adducta. Nam corpus illud supra Caelos positum esset in loco negative tantum, non positive. Ceterum quod dicitur de Corpore Christi, Nuncquid (ait Sanctus Hieronymus in cap. 4. ad Ephes.) corporaliter omnes Caelos, & universas substantias, & Caelorum circuitus, quae Philosophi sphaera vocant, transierit, usque terram, fundavit, stetit in summo Caeli firmavit, & ut ipse verbo utar, assistit: An certe omnia corporalia continent, atque despicunt, & terra contemplant, super Caelos, idest super invisibilia stetit, credendum est quod ego melius puto. Hae D. Hieronymus. Quo supposito exemplum de Corpore Christi ascensu super Caelos non est ad rem.

XXXIV. Respondet secundo, inter corpus illud infinitum, & divinam immensitatem fore quidem similitudinem, quantum ad vim repletivam loci, quia sicut corpus infinite extensum haberet vim repletivam cujusque spatii, etiam imaginarii, ita, ut a nullo concluderetur; ita Immensitas Dei, quia infinita, habet vim repletivam cujusque spatii, ita ut a nullo coarctetur, fed extra omnia esse simulandae, & extendere queat. Fore tamen dissimilitudinem, quantum ad actualem repletivam, seu occupationem spatii, seu loci, in hoc, quod corpus, cum sit positive, & actu in loco ratione quantitatis, & independenter ab operatione, si esse infinitum, quamvis nulli ibi operaretur, esset tamen aliquomodo praesens, & omnia spatia replet; ita immensitas non ponit Deum actu presentem rei, seu loco, nisi ratione operationis, quae aliquid ad extra producit: quare, cum in spatiis imaginariis nihil operetur, ideo in illis actu Deus non est.

XXXV. Dices. Antequam Deus operetur, est immensus; fed effectus proprius Immensitatis est reddere Deum presentem rebus; ergo antequam operetur, Deus est praesens rebus.

Respondet ex dictis, effectum proprium immensitatis, ut attributum est, non esse facere Deum actu presentem rebus, hoc enim unice, & immediate ab operatione est: Sed effectum proprium immensitatis esse reddere Deum ita infinitum in replendo locum, ut nulli loco aligeret, & a nullo coarctetur, sed possit in quocumque spatio imaginabili esse, si ibi velle operari; sicut omnipotentia Deum non constituit actu producentem creaturas, sed ipsum constituit ita in producendo, ut si velit producere, possit ea producere in infinitum, & nulla sit producibilis, quae ab eo produci non possit.

XXXVI. Obijcit tertio. Si Deus in spatio imaginario, in quo nunc non est, aliquid produceret, inciperet esse in illo, & sic Deus mutaretur, quia acquireret novam presentiam. — Rursus si Deus in spatiis imaginariis produceret duo corpora inter se distantia, vel Deus esset in illo spatio medio inter illa, vel non; si primum; ergo Deus esset in spatio imaginario, si secundum; ergo divina substantia quodammodo esset diffinitior: esset enim in utroque corpore, & non in medio. Praeterea ponatur lapis in spatiis imaginariis: si Deus esset in illo lapide, & non in spatiis illis, moveretur per accide ad motum illius lapidis, sicut Nautae moveretur ad motum Navis.

XXXVII. Respondetur ad primum, quod Deus non mutaretur, quia sicut incipit esse homo sine mutatione, quia factus fuit homo, non accipiendo aliquid ab humanitate, sed illi communicando esse suum; ita si inciperet de novo esse in aliquo loco, seu re non mutaretur, quia inciperet in illa esse, non per mutationem sui, fed per mutationem ipsius rei, in quam ageret. Sic absque sui mutatione incipit esse creator, Dominus, &c.

Enri Thoma Tom. I.

Ad secundum dico, quod Deus non est in loco ad modum corporum, sed ad modum spiritus: esto autem corpus discontinetur, si sit in extremis, & non in medio, non tamen spiritus; quia discontinetur est proprium solius rei quantae, divisibilis, & modo extenso, ac divisibilis existentis: ut patet in Corpore Christi existente in duabus hostiis distantibus, quod licet non sit in medio, non discontinetur tamen, quia esto sit corpus, & quantum, modo tamen divisibili, & quanto in illis non est.

Ad Tertium dico, quod sicut anima non movetur localiter ad motum manus, quia anima, non in sola manu, sed in qualibet parte corporis est. Sic Deus quia non esset definitiva in illo lapide; sed etiam esset in omni alio loco, & parte hujus mundi, neque ut contentus, sed ut continens, non diceretur moveri ad motum lapidis, sed potius motum lapidis causare: moveretur quidem nata ad motum navis, quia navis est circumscriptiva in navi, ut non sit alibi, & contingatur a navi, non continet navem.

DUBIUM VI.

An Deus sit omnino immutabilis.

S. II.

STATUSIM VARIAS.

I. CUM tripliciter dici possit aliquid mutabile, nempe quoad esse, seu quoad entitatem, quoad formam, & quoad operationem, hoc triplici modo esse potest aliquid immutabile. Primo quoad esse, quia scilicet nec potest transire de non esse ad esse, nec de esse ad non esse. Secundo etiam quoad formam, quia nempe non potest transire de una forma ad aliam formam, nec de una qualitate ad aliam qualitatem. Tertio quoad operationem intellectus, & voluntatis, quatenus una actio non potest succedere alteri, aut una esse alteri contraria, vel alio modo se habere, ac altera. Quaerimus, an Deus omnibus praedictis modis sit immutabilis.

II. Dico. Deus est omnino immutabilis quoad esse, quoad formas, & quoad actiones intellectus, & voluntatis. Est contra Conradum Worlthum, qui inter caeteras hanc blasphemiam evomit: Deus est mutabilis. Quoad singulas partes est de fide. Pro prima quidem constat ex illo Exodi 3. vers. 14. ego sum qui sum. Qui est nisi me ad nos. Illo autem qui habet esse, & non est ipsum esse per essentiam, possit de novo acquirere, aut perdere esse: ille tamen, qui est ipsum esse, essentialiter, & necessario est: sicut esto quod est calidum, de calido in non calidum, aut de non calido in calidum transire possit: non sic tamen ipse calor, qui essentialiter calidus est. Cum ergo Deus sit ipsum esse per essentiam, est immutabilis quoad esse: unde Psalm. 101. vers. 28. dicitur tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Et 1. Timoth. 6. v. 16. Qui solus habet immortalitatem.

III. Secunda etiam pars probatur. Si enim Deus esset ipsum esse in genere essendi infinitus; ergo nulla caret, fed omnem actu continet perfectionem cujuscumque generis; quod autem quoad formam mutabile est, supponitur carere aliqua forma; & ad illam transire posse. Rursus Deus non est compositus, aut ex materia, & forma, aut ex substantia, & accidente: sed est forma simplicissima, & actus purissimus in omni genere. Pariter omnis mutatio, aut est in statum meliorem, aut deteriorem, aut parem: sed nullo istorum modorum divina natura mutabilis est: non in meliorem, quia perfectissima est: non in deteriorem, quia a semetipsa est: non in aequalem, quia omni modo perfecta est. Ita Richardus a S. Victore lib. 2. de Trinitate, cap. 3.

Praeterea omnis, quod mutatur, vel mutatur ab alio, vel a se ipso: non ab alio Deus mutatur, quia omnis, quod mutatur, est, quod mutatur, imbecillius est, quia hoc agit, illud patitur: non a seipso, quia quidquid a seipso mutatur, vel in melius, vel in deterius mutatur; Porro nihil sponte sua in deterius mutatur, hoc enim inscitiam argueret; quod autem in melius mutatur, id eligit, quia ante mutationem melioris boni indigens erat. Nullum autem horum Deo convenire potest. Hanc rationem urget Proclus in Comment. ad Rempubl. Platonicam.

IV. Tertiam partem testatur sepe scriptura. Num. 23. vers. 19. Non est Deus quasi homo, ut mentiar, nec ut filius hominis, ut murer: dixit ergo, & non faciet: locutus est, & non implebit? Psalm. 32. vers. 12. consilium Domini in aeternum manet: cogitationes cordis ejus in generationem & generationem. Malach. 3. vers. 6. ego Deus, & non mutor. Et. Ad. 17. quod si Deus mutaretur quoad cognitionem, vel cognoscendo aliquid de novo, vel novo modo, haud dubie illud antea ignorasset, aut non perfectissime novisset. Pariter si desineret aliquid, vel alio modo cognoscere, jam in eo, vel inciperet illius rei ignorantia, aut antea fuisset imperfecta illius rei notitia. Si quoque mutaretur ejus voluntas, esset in eo saltem levitas, & inconstantia, si nulla nova ratione illi faceret, si vero aliqua nova ratione ducit mutare voluntatem, jam sequeretur, quod ea ratio noviter innotesceret Deo, cujus antea ignorantiam habuisset, quae omnia Deo indigna sunt. Verum de Scientia, & Voluntatis divinae immutabilitate aliqua addemus in Tractatu de Scientia, & Voluntate Dei.

H 2

S. II.

